

ORATIO IN SE
CVNDA SESSIO
NE CONCILII LA
TERANENSIS.

REVEREN. IN CHRISTO

Patri & dño domino Tho.S.R.E.tť.S.Mar
tini in montibus Presbrō. Card. Strigoneñ.
Procurator ordinis p̄dicatoꝝ. Seruus.S.D.



D.xvii. Kal. Iun. qui dies secundam Con
cilii sessionem in eade præbuit Lateraneñ.
cum alia habuimus illius solennis & sacra
tiss. lucis grata monumenta, tum illud maximū, q̄
tu eodē die ac loco Romæ tū primum, diuinas res
publice peregisti, magna quidem apud deū, ut cre
dimus ob tuā uirtutem gratia, sed nō minore apud
homines, ob uirtutis opinionē, laude & existima
tione, quanq̄ enim tuū nomen ubiq̄ apud oēs pro
batum sit ac clarum, Romæ tamen apud bonos &
graues clarissimū certe & probatiss. est, Eo itaq̄ die
quo de rerū summa grauit̄ constituendum erat,
Conciliūq̄ ipsum, patrū sententia, in aliud tempus
differendū, cum rite a te & sancte misteria sanctiss.
celebrata essent, tū pulpitū (ut scis) ascendit meus
& totius Prædicantiū ordinis generalis magister, uir
tū religione & doctrina singulari, tū prestanti excel
lencia animi atq̄ ingenii, Quod quidem quasi geo
metricam quandā uidetur habuisse rationē, ut ille
sui ordinis primus secundæ sessionis Orationem
pronuntiauerit, tu secundi ordinis in Senatu prin
ceps, primis in hac Vrbe mysteriis publice fueris
initiatus. Verum cū hac ipsa Oratio diues optima

ORATIO REVEREN. PA

tris Fratris Thomę Deuio Galetani / sacrae
Theo. Profess. ac totius ordinis Prędi. Ge-
neralis Mgri, habita Romę in secūda Sessio-
ne Cōciliū Lateran. xyii. Kal. Iun. M.D.xii.



Vm animaduertam / Iuli. I I. Pont.
Max. reliquas oēs ecclesiasticę Reip.
cōsuetudines actionesq; singula esse
singulis ecclesię partibus accōmoda-
tas / general esuero synodos uniuersalem ecclesiam
penitus respicere, eamq; tanq̃ finem sibi proprium
attendere, existimaui me facturum rem & utilem &
omnibus gratam, si hodierno die / primū de ecclesia
ipsa, deinde de synodis huius temporis / illarumq;
differentia ac diuersitate dicerem. Sed cum iis die-
bus ex hoc loco uiri doctiss. qui hoc oratorio mu-
nere magna cum laude perfuncti sunt, de iis fere
rebus uerba grauit̃ sapienterq; fecerint, ego qui
ingenio illis / & doctrina inferior sum / quo meis ui-
ribus minus cōfido Pater sancte: eo humilīus atq;
propensius tuam humanitatem & clementiam mi-
hi propitiā esse / & summis oro / & suppliciter pe-
to. Sed quoniā nihil est / quod homo de semetipso
sine auxilio opeq; diuina possit polliceri / ad glorio-
sam ipsam uirginem dei matrem primum conuer-
tam Orationem meam. Aue Maria. &c.

postq̃ hodierno die , quod bonum/ faustū/ fēlixq̃
sit de singulis quę ad huiusce sanctissimę synodi cōferua
uersionem & statum spectare uidebuntur consti-
tutum fuerit : tum de iis quoq̃ constituatur natio-
nibus : quę quom intellexerint Romę & a Ro-
mano Pont. Concilium synodumq̃ haberi & desi-
derari se atq̃ expectari : cunctę proculdubio nobi-
cum una ad Christianę religionis disciplinam ; ad
apostolicę autoritatis maiestatem : ad cōmunem fi-
delis populi salutem : ad labentium rerum restitu-
tionem : ad totius pręterea ecclesię defensionem &
rem conuertentur. Sic nanq̃ hoc sacrosanctū Con-
cilium in cēlum ascendet : cum catholica Ecclesia
quam refert : & quam Ioannes ciuitatem esse : san-
ctam esse : Ierusalem nouamq̃ esse/atq̃ de cēlo de-
scendisse contemplatus est .

Dixi.

ROMAE

Impressa apud sanctum Eustachium per

Ioannem Bepliñ. Alemanum de

ARGENTINA.